Die martis vigesima secunda eiusdem mensis et anni super hoc negotio iterum conuocata facultate more solito, illoque in deliberationem relato a decano, probauit facultas prædictas conditiones iisque ascripsit deputati doctores cum decano (quibus adjunxit Magistrum Simonem Bazin) paciscerentur cum viro illo consilij autore sicque conclusit decanus. qui aliis facultatis negotiis [illegible] distractus, ob ortam controuersiam de thesi magistri Joannis Pietre baccalaurei de aquis metallicis, huic vacare non potuit ante diem vigesimum tertium Januarij an. 1634 quo prænominati doctores cum viro illo decanum conuenere atque cum illo prædictis conditionibus pactum fuit, initum que fuit et nomine facultatis peteretur a rege christianissimo pecuniarum summa In gratiam sui consilij quod præscribebat creationem duorum relatorum et ratificatorum In sacro regio consistorio præficiendorum promulgationibus et obsignationibus bonorum eorum qui regis debitores declarantur quorum duorum munerum creatio facta fuit In omnibus jurisdictionibus aliis galliæ Edicto regio

Bouionier decanus

lato anno 1587 et eodem anno a suprema Curia confirmato. quod quidem Edictum nobis tradidit vir ille praedictus autor fuit nobis ut si duorum illorum mundum creatio in sacro regio consistorio ab illius praefectis non probaretur nomine facultatis nostrae peteremus a rege christianissimo ut munus sex denariorum ipsi concederet pro singulis libellis omnium pecuniarum quae ad aerarium principis referuntur ab acquisitoribus bonorum et vectigalium quae in regio consistorio auctioni subjiciuntur et venduntur.

Sed cum diu multumque laborassent praedicti doctores cum decano in procurando ut alterutrum horum consiliorum a sacro regio consistorio praefectis atque ab Eminentissimo Cardinale in gratiam nostrae facult. reciperetur, neutrum fuit probatum atque pro illa nihil quicquam obtinere potuimus, imo tantum favore valuit Empiricus La Brosse ut nulla habita ratione ~~oppositionis~~ intercessionis facultatis receptae et admissae ab Illustrissimo procancellario cum diploma regium horti medicinalis sigillo regio obsignaret, atque etiam spreta supremae Curiae autoritate in qua diploma illud confirmari et ratum esse debebat aedes ab haeredibus defuncti domini Voisin pecunia regia emptas occupare ausus sit in suburbio sancti Victoris nomine praefecti horti illius medicinalis regii in magnum dedecus et infamiam nostrae facultatis.

notandum quod diploma regium quo statuitur horti illius constitutio debet fieri ratum in suprema curia cui non fuit oblatum ~~hactenus~~ tempore huius decani qui nomine facultatis intercessionem suam curiae significabat.

Cum doctores illi, qui primas turbas excitaverant in scholis, quibus sedandis opus fuerat supremi Senatus decreto supra scripto pag. 355 quo cavebatur ut thesis magistri Joannis Pietre Baccalaurei disceptaretur praeside doctore qui primus in ordine disputare debebat post magistrum Henricum Blacuod, nulla habita ratione ipsius decreti illas renovarent contendentes conclusionem illius thesis Ergo in febribus nutritiis aestuantibus metallicarum potus non est salubris, repugnare recepto usui medicinae, in conventu quem habuerunt absque decano conclusionem illam denuo ad examen esse revocandam, quo facto animadvertens decanus statuta facultatis labefactari, quae soli decano ius convocandi facultatem e rogandi sententias ita et concludendi, concedunt, thesium examen ipsi soli subjiciunt, quas approbari solet antequam typis mandentur, modo nihil contra Hippocratis

Boujonier decanus

doctrinam et facultatis nostræ statuta continere videantur, coactus est iterum ad autoritatem senatus confugere apud quem cum jam bis vel ter senioribus facultatis comitatus progressus esset, pro spectabilius autoritate et pro asserenda nostra disciplina caussam dicturus adversus autorem hujusmodi turbarum, sibi diffidentes et pro tam iniqua caussa coram supremo senatu stare verebuntur ad primarium regis medicum recurrere statuerunt autoritatem et libertatem nostræ scholæ prodentes quasi illius esse de hujusmodi thesium conclusione dijudicare quia aquis metallicis totius Galliæ præfectus vult haberi, hocque nomine illi dari occasionem avide arripiens, hoc sacri regii consistorii decretum decano in ipsa parlamenti curia stanti, significare curavit

Extraict des registres du Conseil privé du roy

Sur ce qui a esté remonstré au roy en son Conseil par le sr Bouvard conseiller de sa majesté en son Conseil d'estat et son premier Medecin que sestant meu contestation entre un nommé [illegible] Bachelier en la faculté de Medecine de l'Université de Paris et autres contre les docteurs de lad. faculté sur la these des eaues minerales et universelle de ce royaume les d. parties se seroient pourveues en la Court de parlement de Paris au prejudice des droicts du suppliant auquel sa majesté en suitte des roys ses predecesseurs en a donné la surintendance conformement aux anciens droicts A quoy estant necessaire de pourvoir Le roy en son Conseil a ordonné que le doyen de la faculte de Medecine de l'Université de Paris sera ouy Et cependant surseoiront toutes poursuittes en la Court de parlement de Paris jusque autrement par sa Majesté en ait esté ordonné fait au Conseil privé du roy tenu a st Germain en Laie le premier jour decembre 1633

signé Le Tenneur

Le 3e jour de decembre a la requeste dud. sr Bouvard sur le present Arrest signiffie a noble homme me Francois Boujonnier doyen de la faculté et a luy assigné a comparoir au 1er

Boujonnier Brenus

bre au Conseil privé du roy l'ayant ou il sera —
signé le bay.

Die sequenti profectus est decanus Sangermanum cum duobus doctoribus medicis senioribus quos sibi comites adjunxerat, aditque Illustrissimum Cancellarium, qui illos benigne excepit, et posuit decanus statuta nostra facultatis confirmata esse a supremo senatu; quem omnium dissidiorum, quae super iis exoriri ~~possent~~ possunt, judicem habere; solam thesin a mag. Joanne Pietre medicinae baccalaureo totam esse medicam, nihil continere, quod non sit ex doctrina Hippocratis, Galeni et Aristotelis, quam maxime doctrinam amplectitur Schola Parisiensis, de illa ortam controversiam inter doctores medicos non posse evocari ad sacrum regis consistorium absque disputationum publicarum interruptione cum magno studiosorum medicinae dispendio, caeterum non parum suspectam esse nobis primarii regis medici gratiam, qui aegre ferebat facultatis nostrae intercessionem factam adversus sortitionis medicinalia constitutionibus, his auditis non dimisit dominus procancellarius, promisitque disputationem illius theseos in scholis nostris brevi nobis fore liberam;

Verum sollicitus decanus de intermissione disputationum quodlibetariarum, paucos post dies Sangermanum rediit, admissusque in sacrum regis consistorium de damno quod sine facultati nostrae cribratur verba fecit, respondit dominus procancellarius aequum quidem judicasse de thesi de aquis metallicis a Mag. Joanne Pietre medicinae Baccalaureo scripta publice disceptaretur, verum jussisse regem, ne curaret ~~dominus procancellarius~~ ipse ne ulla quaestio de aquis metallicis in scholis medicorum haberetur, necessarium esse itaque voluntatem regiam nobis significare, cui si obedientes essemus, aliam thesin propriis diebus disputandam proponentes, nullum sequi sacri regis consistorii decretum pronunciaturum esse; cui decanus promptum obsequium voluntati regiae pollicitus est, quam M. Joanni Pietre significavit, qui mox aliam thesin quodlibetariis disputationibus agitandam proposuit et disputavit, atque cum M. Joannes de Gorris doctor et medicus regius quaestioni quodlibetariae

Beljonier decanus

ex ordine praecesse debebat, quod veteres de aquis metallicis negandum proposuerat, ille thesi sua affirmandum assumebat, sed mox illi et Baccalaureo yvelin necnon facultatis decano Sex regium decretum per apparitorem sacri consistorij fuit significatum.

Extraict des registres du Conseil Privé du roy

Sur ce qui a esté representé au roy en son Conseil qu'au prejudice des deffences de sa Mag[te] de ne traicter ni agiter es Escholes de Medecine de l'Université de Paris la Question de la vertu et qualité des Eaux Mineralles, dont sadite Mag[te] a ordonné qu'il seroit disputé en sa presence, Maistre Jean de Gorris docteur en ladicte faculté pretend faire soustenir par Maistre Pierre yvelin Bachelier une thèse sur ce sujet ce qui seroit contrevenir aux ordres de sadite Mag[té] et pourroit exciter trouble et desordre en ladite faculté, a quoy il est necessaire de pourvoir. Le roy en son conseil a fait deffences ausdicts de Gorris yvelin et tous autres docteurs et Bacheliers de ladite faculte de soustenir ni faire soustenir aucunes theses, disputer ni faire disputer directement ou indirectement du faict desdictes eaux mineralles vertu et qualitez d'icelles jusque a ce qu'autrement par sa Mag[té] ait esté ordonné. Enjoint sa Mag[té] au doyen de ladite faculté di tenir la main a peine d'en respondre en son propre et privé nom. faict au Conseil privé du roy tenu a St Germain en laye le seiziesme jour de decembre 1633. signé Le Tenneur.

sicque Gorris aliam quoque thesim proponere coactus fuit.

die Martis sexto decembris an. 1633 custodes pharmaciae urbis sancti Marcelli convenere decanum rogantes ut adesset illis examini Jacobi Bordelai ad magisterium ipsius artis aspirantis cui ex instituto legum ipsius urbis adesse debet facultatis decanus, adfuit et praefuit decanus omnibus actibus eius magisterij.

+ Iu calendis [?] 1a decembris M. Joannes Baptista Ferrand doctor medicus scholarum professor in amphitheatro scholarum administrauit anatomiam foetus humani, et cadaueris feminini tertio januarij an. 1634.

Boujonnier Decanus

Die mercurij quarta Januarij an. 1634 moniti
Doctores pridie per schedulam a bidellis latam
convenere in schola superiori hora a meridie prima
audituri rationes prioris mei decanatus audita
illa fuere et ab omnibus probatae decretumque
fuit mihi honorarium centum et quinquaginta
libellarum et singulis doctoribus distributae fuere
tres libellae cum quatuor assibus.

Dum audirentur rationes illae et examinarentur
accessit M. Joannes Mulle doctor medicus palamque
conquestus est de conuitijs sibi dictis a barbitonsore
chirurgo dicto Chaillou in collegio barbitonsorum
chirurgorum dum ille cum M. Claudio Germain
doctore medico jussu decani praeesset anatomiae
aspirantis Quatroux monueratque eum ut
barbitonsorum chirurgorum ut sibi honestiorem
locum cederet. Censuit facultas ut decanus
convocaret domum suam juratos barbitonsorum
chirurgorum, eosque moneret ut noxam facultati
illatam eluderent cogendo dictum Chaillou facere
satis domino Mulle qui nomine facultatis
apud illos interfuerat, convenere decanum die
et hora illis dicta ac culpae satisfacere promis-
erunt.

Die Lunae nona Januarij an. 1634 magister
Petrus Pijart antiquus magister vir de
nostra facultate optime meritus decessit e
vivis.

Die sabbathi vigesima prima Januarij M.
Antonius Charpentier Scholarum professor
+ anatomiam cadaveris mulieris administravit.

Cum magister Carolus Bouvard doctor et
primarius regis medicus disputationi quodlib-
etariae ex ordine praeesse deberet decretum sacri
consistorij ad postulationem ipsius datum decano
vigesima quinta Januarij significandum
curavit, quo vix permittebatur doctoribus et
Baccalaureis facultatis medicinae disceptationem
quaestionis de qualitate et virtute aquarum
metallicarum in actu illo disputationis cui
praesidere debebat M. Carolus Bouvard regis
primarius medicus haud vero in alijs actibus
atque cum hoc decreto quaestionem quam disputandam
susceperat his verbis per apparitorem sacri-

Bousonier decanus

consistorij significauit. An naturis calidis omnes
aquæ metallicæ potu insalubres; quam aliter per
bidellum facultatis enunciandam curauit in
scholis et disputauit vigesima tertia Februarij.
Ægre admodum tulit facultas quod in fine disput-
ationis conclusionem suam a decano in commentarios
facultatis iubente sic et imperante referendam esse
ut veram nec alijs disputationibus agitandam
protulerit. — ol ἄγαν δεσποτικῶς.

Die sabbathi vigesima octaua Januarij an. 1634 pridie
moniti doctores per tabellas latas a bidellis conuenere
in scholas superiores. Censuerunt festum purificationis
Beatæ Mariæ more solito celebrandum esse. Cereos
distribuendos esse pro more Magistratibus Aduocatis
nris Procuratoribus, doctoribus licentiatis
baccalaureis et bidellis. denique eligendos esse examin-
atores Candidatorum Medicinæ. Electi autem fuere
sorte M. M. Franciscus Guenault, Petrus Beaurains
ex maiori ordine: Carolus Guilmeau et Claudius Seguyn
ex minori.

In ijsdem comitijs decretum fuit in posterum
inquirendum esse in vitam et mores candidat-
orum medicinæ antequam admitterentur ad
Examen Baccalaureatus atque addendum progra-
mmati, quo in vesperiis quodlibetarijs disputat-
ionibus Iubilæum promulgatur, ut candidati
decanum conueniant nomina et patriam
illi renunciaturi, qua renunciatione inquisitio
illa præstari possit, censuitque facultas designa-
ndos esse aliquot doctores nempe Magistros
Georgium Cornuty, Jacobum Perreau, Joannem
Bourgois censorem, Guidonem Patin et Nicolaum
Heliot, qui cum decano hoc munus susciperent
probarentque eorum litteras Magisterij apud
scribam Vniuersitatis postquam illas facultati
obtulerint, ita ne vlla fraus in istis litteris
committi possit. Censuit facultas programm-
ate, valuis scholarum affigendo, denunciandum
Medicinæ studiosis, nullum in posterum ad
Examen baccalaureatus admissum iri nisi — Immatriculatio quadriennalis
cuius nomen et litteræ magisterij artium
fuerint inscriptæ a decano in commentarijs
facultatis ante quatuor annos sicque conclusit
decanus.

Ijsdem Comitijs cum decanus verba fecisset etc.

Boujonnier decanus

summa expectat. mag. Gabrielis Biard collegæ nostri censuit facultas singulis mensibus illi erogandas esse decem libellas In omnem eius vitam cum omnibus emolumentis facultatis quæ etiam absentibus erogari solent. siegz Conclusit decanus.

+ Die Jovis nona februarij Joannes Baptista Girard professor scholarum anatomiam utcunque tumultuarie administravit.

Die sabbathi quarto martij cum relatum fuisset decano anatomiam celebrari a doali a barbitonsore chirurgo Colart absqz doctore medico contra senatusconsulta id ipsum prohibentia, facultas In ordinarijs comitijs nominavit M. M. Gabrielem harduinum de st Jacques et petrum Suart doctores med. qui de eare Inquirerent et referrent ad facultatem. retulerunt die sabbathi sequenti mag. Sebastianum Rainsant doctorem medicum isti anatomiæ præfuisse.

Die sabbathi decima octava martij an. 1634 convenere doctores pridie per pedellos schedula vocati In scholas superiores post sacrum audituri supplicationem Candidatorum medicinæ Interrogantur singuli a doctoribus Iubentur die martis sequenti vigesima prima martij probare ætatem viginti quinqz annorū Litteras Magisterij Studium In medicina quadriennale

Interea magister Quirinus Vignon doctor medicus exhibuit facultati scriptum quoddam M. Caroli Bouvard doctoris et primarij regis medici quo postulabat ut conclusio sua thesiva de aquis metallicis tanquam certa, Indubitata et numquam postea disputatione ulla movenda (hæc sunt verba scripti illius) In facultatis commentaria per decanum Inscriberetur; re In deliberationem a decano posita, censuit facultas magni esse momenti nec temere et Inconsulto esse definiendam. nec nisi super ea speciali articulo trina congregatione convocata facultate. siegz Conclusit decanus.

Iisdem comitijs M. Joannes le Mercier doctor medicus et M. dionysius Guerin supplicant pro filijs suis candidatis ut gaudeant privilegiis filijs medicorum concessis tam pro ætate; quam pro studiorum tempore; eorum supplicationi

Boujonnier decanus

annuit facultas.
Die martis vigesima prima martij an. 1634 hora a meridie prima pridie per schedulam a pedellis latam indictis comitijs convenere doctores deliberaturi de thesi M. Caroli Bouvard doctoris et primarij regis medici, tum etiam de probatione litteras aetatis et studiorum candidatorum medicinae, quas censuerunt probandas esse apud scribam universitatis pro doctoribus a facultate designatos; quoad primum propter magnum et diversum animorum motum nihil quicquam definiri potuit super postulatione primarij medici.
Dum hac comitia habebantur accessit universitatis pedellus qui hoc scriptum domini rectoris decano tradidit.
Nos rector universitatis parisiensis dilectis nris decano et doctoribus saluberrimae facultatis.
Cum nonnulli vestrum a nobis postularint quinam apud nos immatriculati censeantur: mandamus nullos in praeclara artium facultate immatriculatos haberi aut censeri, nisi illos qui in ea examinati, iurati et laurea magisterij publica sint donati, nec non et peculiares litteras ab eadem facultate nostra acceperint ordinarij scribae manu et magno sigillo obsignatas. datum in Colleg. nro Becod. sub paruo sigillo die vigesimo primo martij an. millesimo sexcent. trigesimo quarto.
signatum Le Clerc de Lesseuille.
Hoc mandatum ideo misit dominus rector ad facultatem quia inter medicinae candidatos quatuor erant non orthodoxae fidei qui magisterij litteras facultati exhibebant quas ante octo annos in academia Burdegalensi obtinuerant illasque rector academiae parisiensis probauerat nec non paruo sigillo muniuerat atque ideirco immatriculatos et cooptatos esse in academia parisiensi praesumebant. ac ille amicorum obnixis precibus id quidem concessisse, sed quia sine examine ~~publico~~ vello nedum publico, haud propterea in academia parisiensi cooptatos et immatriculatos dici posse asserebat, quemadmodum eo ipso tempore Antonius Magdelain magister artium in academia pictaviensi post examen publicum laurea magri in universitate parisiensi donatus fuit sicque in ipsa cooptatus fuit cum ueris peculiaribus.

Bouionier decanus

Litteras ab universitatis scriba et magno sigillo obsignatas cum aliqui medicinae candidati facultati exhibuit, illasque probavit medicinae facultas, ut legitime cooptatas et immatriculatas ab academia parisiensi, alias vero repudiavit.

Die mercurii vigesima nona martii an. 1634 hora a meridie prima convenimus doctores. In aulam superiorem pridie vocati per schedulam a apparitore latam ad audiendum litteras a rege ad facultatem missas retulit decanus quomodo die praecedenti circa meridiem vir quidam sagulo inargentato amictus in manu sclopum tenens ad illum accessit, dicens habere litteras quas sibi jussisset rex ad decanum facultatis afferre; illas accepit decanus parvo sigillo regio munitas cum scripto illo non obsignato, quod Magister Quirinus Tignon doctor medicus in concione decimo octavo huius mensis habita facultati obtulerat, sciscitatus a decano quisnam ille esset et quomodo vocaretur respondit vocari se Thomam Budin atque latrunculatorem esse magni praefecti. Censuit facultas litteras illas resignandas et coram legendas esse. Quae haec continebant

A nos chers et bien amez les doyen et corps de la faculté de medecine a paris

de par le roy

Chers et bien amez aiant esté advertis qu'en prejudice de la resolution qui a esté prise en vre assemblée et contre la teneur de l'arrest de nre conseil sur ce intervenu l'on desire de nouveau agitter la question des eaues minerales qui y quelle a esté disputée tres solemnellement et que resolution s'en trouve appuiée de tant de raisons d'auctorités et d'experiences qu'il ne reste aucun lieu d'y pouvoir prendre autre meilleur ny plus certain advis. Sur cela nous ne desirerons pas qu'il s'en parle davantage A ces causes nous voulons et vous mandons que toutes disputes et contestations cessent pour ce regard vous ait a charger le registre de la faculté de medecine de la resolution qui a esté ainsi que dit est prise en icelle sur le fait desd. eaues minerales suivant le memoire

Boujonier decanus

qui en a esté baillé par nre commandement par
le sr Bouvard nre premier medecin sans
qu'a l'advenir on puisse faire sur ce subject
aucunes assemblees ni disputes en lad.
faculté qu'en presence de nre premier
medecin ce que nous vous deffendons
tres expressement conformement aud.
arrest de nre conseil lequel nous voulons
avoir lieu. Conformez vous donc de tout
point a ce qui est en cela de nre volonté
n'y faites faute car tel est nre plaisir
donné a Chantilly ce xxiiie jour de Mars
1634 signé Louis et plus bas
de Lomenie

His litteris perlectis censuit facultas
parendum esse regi, sicque conclusit decanus.
Quod spectat ad scriptum praedictum, super
illo nihil censuit facultas, illiusque nullam
rationem habendam esse duxit.

Die sabbathi prima aprilis an. 1634 doctores
pridie convocati in scholas superiores post
sacrum audituri relationem doctorum qui
apud scribam universitatis probaverant
litteras magisterii candidatorum medicinae
censuerunt sexdecim candidatos quorum
litterae probatae essent ad examen die lunae
sequenti esse admittendos, neminem
autem in posterum admittendum fore
nisi quorum litterae magisterii ante quatuor
annos inscriptae essent et immatriculatae
in commentario facultatis a decano.
Quod attinet ad quattuor illos qui non erant
orthodoxa fide illorum litteras improbaverunt ||
quod non legitime essent cooptati in academia
parisiensi. Joannes Nogentius unus ex
illis obtulit facultati litteras doctoratus
quatuor annorum in universitate Cadomensi
quas non admisit.
Magister Georgius Arbaud doctor medicus
suas litteras parvo sigillo regio munitas in
gratiam petri guillemaei scriptas facultati
quoque obtulit

Boujonier decanus

A nos chers et bien amez les
doyen et corps de la faculté de medecine
a paris

de par le roy

Chers et bien amez le sr Guillemau nous
a faict dire et remonstrer quayant depuis
plusieurs annees estudie en medecine de la
faculte de paris il est maintenant entré
et baillé son nom au doyen de la faculté
pour estre interrogé et examine et il est trouvé
capable d'estre bachelier en lad. faculté de
medecine mais parce quil a pris ses degrés
et lettres de Mes es Arts en l'universite d'anger
et non en celle de paris combien quelles soient
visees et approuvees par le recteur de l'universite
de paris il doute que vous fissiez difficulté
de l'admettre aux examens et dautant quil est
fils d'un pere qui nous a tousiours fidellement
servi et le public en la charge ou il est employé
et quil nous a esté recommandé par aucuns de
nos plus speciaux serviteurs et aussy que ce soit
prejudicier aux privileges accordez aux autres
universites nous voulons et vous mandons
que sans vous arrester a ce que lesdictes lres
de Mes es arts sont de lad. universite d'anges
et quelles ne sont aggregees en nre universite
de paris ains seulement visees par le recteur
dicelles vous ayez a proceder a l'examen et reception
dudict Guillemaut de bachelier et vous ferez
chose qui nous sera tres agreable sy ny faictes faute
car tel est nre plaisir donné a Chantilly le
xxvme jour de mars 1634 signé

Louis et plus bas
de Lomenie

Dum hae litterae perlegerentur accessit
Nobilis quidam qui has similes in gratiam
duorum aliorum scriptas decano tradidit

A nos chers et bien amez les doyen
et faculté de medecine de l'univers-
ité de paris

de par le roy

Chers et bien amez les srs Marbault Joncan
nous ont faict dire et remonstrer quayant
depuis plusieurs annees estudié en medecine
en nre universite de paris ils se sont
maintenant presentez et baillé leurs noms

Bouvonier decanus

au doyen de n̄re faculté prester interroger et
examiner et s'ilz se sont trouvez capables recevoir
Bacheliers en ladicte faculté de medecine mais
pour ce qu'ilz ont prins leurs degrez et lettres de mes
es arts en autres nos universitez sans estre
aggregez en n̄re dicte université de paris Ilz
doutent que vous fissiez sur ce difficulté de les
admettre audit examen et nous ont fait supplier
par aucuns de nos plus speciaux serviteurs
de vouloir sur ce leur pourvoir et dautant
qu'ilz sont filz de peres qui nous ont bien et
fidellement servi en diverses occasions esquelles
ilz ont esté employez pour n̄re service et que ce
seroit prejudicier aux privileges que nous et
nos predecesseurs roys avons accordé a nos
autres universitez Nous voulons et vous
mandons que sans vous arrester a ce que
leurs lettres de mes es arts sont dautres univer-
sitez et qu'elles ne sont aggregez en n̄re Université
de paris vous ayez a proceder audit examen et
reception de Bacheliers et vous ferez chose
qui nous sera tres agreable ny faicte faute
Car tel est n̄re plaisir donné a chantilly
le xxvme jour de Mars 1634 . signé

Louis et plus bas

de Lomenie

His litteris auditis cum probe sciret
facultas cautum esse per regium decreta
ut nulla ratio habeatur huiusmodi litterarum
parvo sigillo regio obsignatarum (l̄res de cachet
vulgo appellantur) censuit harum quoque
nullam rationem esse habendam. Quod
si tamen constet regio jussu et propria
voluntate fuisse scriptas, tunc seligendos
esse doctores qui cum decano regiam
majestatem adeant ab ea impetraturi
ut tum Academiae parisiensis tum facul
tatis medicinae statuta inviolata servent.
Sicque Conclusit decanus.

Diebus Lunae, Martis et mercurii 3, 4 et 5.
mensis aprilis et die veneris septima
eiusdem mensis an. 1634 bis die a septima
hora matutina ad duodecimam et a secunda hora
pomeridiana ad sextam vespertinam examine
tentantur medicinae candidati.

Boujonier decanus.

Die sabbathi octava aprilis peracta re divina Doctores vocati superiori die tabella pro pedello lata convenerunt in scholas superiores audituri judicium DD. examinatorum de medicinae candidatis examine tentatis et supplicationum Baccalaureorum studium medicum emensorum qui postulabant admitti ad examen particulare. Magister franciscus Guenault examinatorum antiquior renunciat facultati ex candidatis quinque tantum dignos esse qui ad Baccalaureatus gradum admittantur, atque cum ea conditione ut si in prima quaestione quodlibetariae disputationis facultatis dignitati non satisfacerent, dimitterentur; facultas illos quinque medicinae candidatos hac conditione admittit ad principium et gradum baccalaureatus praestito solito Jurejurando.

Admittit etiam baccalaureos ad examen particulare nonnisi post paschalia celebrandum. +

Nomina et Cognomina Candidatorum ad baccalaureatus gradum admissorum.

M. Josephus le mercier Castrotheodoricus

M. Claudius Quibin parisinus

M. Nicolaus Cappon parisinus

M. Nicolaus Richart parisinus

M. Leo le Tonnelier Rhedonensis.

+ [margin: ac postulante mag. petro Seguin antiquiore magistro [illegible] facultati, postquam baccalaurei semel atque iterum doctoribus [illegible] admissi non amplius obstringuntur inire nisi die et hora ab ipsis doctoribus indicta. Boujonier. Decanus]

Magister Gaspar Brayer doctor medicus parisiensis supplicavit ut admitteret facultas m. Carolum fournier Castrotheodoricum ex sorore sua nepotem ad gradum baccalaureatus ea lege ut castrotheodoricum ad suos lares abiret. Eius supplicationi annuit facultas.

Die mercurii duodecima aprilis an. 1634 accersitus fuit decanus a domino Cognitore regio catholico nomine domini procancellarii qui mandatum a rege receperat ut illecurare exscribendum ex commentariis facultatis medicinae a decano decretum latum a facultate die mercurii vigesima nona martii super litteris parvo sigillo regio obsignatis ad facultatem missis. Exscriptum verbis gallicis, quia ad regem mittendum, et parvo sigillo facultatis obsignatum domino Cognitori catholico die sequenti tradidit decanus his ipsis verbis.

Extraict des registres de la faculté de Medecine

Mercredy 29e du mois de mars dernier

Boujonier decanus

La faculté de medecine aiant esté assemblée par
le doyen d'icelle expressement pour entendre la
lecture de certaines lres de cachet lesquelles luy auroient
esté apportées de la part du roy. A dict que le jour
precedent sur le midy estoit venu chez luy un hoe
couvert d'un hoqueton aiant le pistolet a la main
lequel luy auroit mis entre les mains une lre
quil dit avoir charge du roy de donner au doyen
de la faculté de medecine avec ceste inscription
A nos chers et bien amez les doyen et corps de la
faculté de medecine de paris. Enquis qui il
estoit et com il sappelloit il auroit respondu
quil estoit archer soubs la charge de monsieur
le grand prevost et quil sappelloit Thomas budin
La compagnie aiant esté d'avis de faire ouverture
et la lecture de ceste lre et aiant recongnu quelle
contenoit les deffenses que fait sa majesté
de ne plus agiter ni disputer dans les eschölles
de la faculté la question des eaux minerallès
la faculté a arresté quil falloit obeir au roy.
fait au bureau de la dite faculté le jour susdict
de lan 1634 signé Boujonier doyen de
la dite faculté.

Die Lunæ vigesima quarta aprilis an. 1634
facultas speciali articulo pridie convocata
per schedulam a bidellis latam admisit
ad actus suos Baccalaureos omnes qui prævio
biennio ad principium et gradum baccalaureatus
admisi erant, ea conditione ~~modo actus~~ ut actus nullos disputationum
celebrarent nisi post biennium, admisit autem
illos cum eadem conditione qua posteriores
examine tentatos ~~ad~~ recepit, nempe ut nisi
~~ha~~ auditos in prima disputatione quodlibetaria
id probaverint et dignitati scholæ satisfecerint,
dimittebentur, et ab aliis actibus arcebuntur
sic conclusit decanus.

Die martis nona maij an. 1634 vocantur omnes
doctores in scholas superiores hora prima
pomeridiana per tabellam pridie per bidellos
latam audituri postulationem baccalaureorum
examine particulari tentatorum qui ad
licentiam admitti postulabant, admittuntur
omnes baccalaurei ad licentiam omnium doctorum
suffragiis.
Eodem consessu statuitur eos doctores qui per
integrum biennium non interfuissent actibus
privandos esse jure sacchari et rotuli, inter-

Boujonier decanus.

quas dant M. M. Joannes Texier et Lazarus Pena; viduas autem eorum Doctorum qui hoc postremo anno excesserunt e vivis debere gaudere Jure Licentiarum, non vero alias. Novissimos doctores qui secundo tantum anno quaestioni Quodlibetariae praefuissent mediam partem Juris illius habere.
Sancitum quoque fuit ut rotuli Injuriosi quique praeter nomen et cognomen Licentiati continerent haberentur, nec ulla eorum haberetur ratio.

Eadem concione statutum fuit ut Examen de re herbaria in posterum celebraretur in aula superiori Scholarum atque ut loco canae botanicae singuli Baccalaurei ... libellas persolverent, doctoribus singulis, qui togati huic examini interessent, distribuendas, quibus privarentur absentes.

Die veneris vigesima sexta maij an. 1634 novi Baccalaurei in aula superiore scholarum a secunda hora pomeridiana ad sextam vespertinam de re herbaria examinati probitur responderunt.
Antequam hoc examen inciperetur doctoribus frequentibus qui aderant proposuit decanus quod aegre convenire poterat cum domino Cancellario Ecclesiae et Academiae parisiensis de die quo illi praesentari deberent ... Baccalaurei Licentiati ad benedictionem Apostolicam recipiendam; quia desaluisset facultas in litem cum M. Francisco Blondel doctore medico ob duplicem mensam illi appositam praeterito biennio, ... comitibus canonicis, eo tempore quo hic primum locum in licentiarum gradu obtinuisset, censuissetque facultas alteram mensam adjectitiam esse ac praeter antiquum scholae morem fuisse concessam. Censuerunt ut decanus aliquot ex senioribus doctoribus seligeret cum quibus dominum Cancellarium adiret, rogaretque nomine facultatis ut contentus esse vellet unica mensa quae illi et duodecim vel quindecim comitibus canonicis apponeretur, impensis illius qui convivio facultatem exciperet postquam primum locum in licentiarum gradu obtinuisset. decretumque fuit ut in posterum

Boujonier Decanus

hoc statutum pro lege habeatur ab ijs qui prædictum primum locum in licentiarum gradu obtinebunt ut unica mensa non multiplici prædictum dominum cancellarium cum duodecim vel quindecim comitib. canonicis excipiant.

Die sabbathi vigesimo septimo maij an. 1634 M. M. Simon Bazin, Simon le Letier et Jacobus Perreau doctores medici cum decano dominum Cancellarium Ecclesiæ parisiensis conveniunt illumque rogaverunt ut facultatis decretum prædictum gratum haberet.

Die Jovis decima quinta Junij an. 1634 hora post meridiem tertia decanus quamplurimis Medicinæ Doctoribus partim caputiatis comitatus in aula officialitatis parisiensis orationem habet ad Dominum Academiæ et Ecclesiæ parisiensis Cancellarium, eumque rogat facultatis nomine ut octo baccalaureis superiore biennio stadium medicum emensis et ad licentiam admissis benedictionem largiatur.

Die Dominica decimaoctava Junij hora meridiana orator missus a domino Academiæ cancellario habet orationem Encomiasticam in scholis inferioribus et baccalaureos jam ad licentiam a facultate admissos invitat in diem Lunæ sequentem ad benedictionem suscipiendam.

Die Lunæ decima nona Junij an. 1634 hora quinta matutina omnes doctores conveniunt in aulam domini Academiæ Cancellarij laturi judicium de ordine baccalaureorum ad licentiam admissorum. Ibique confirmatum fuit decretum facultatis latum decimo nono maij quo cautum fuit ut doctores illi qui per integrum biennium ab actibus abessent, privarentur jure rotuli et licentiarum: ac rotuli M. M. Joannis Lepicier et Lazari Pietra non admissi sunt.

Eadem die hora decima matutina in aula D. Archiepiscopi parisiensis coram amplissimo Doctorum medicorum consessu prolytæ medici a Domino Academiæ Cancellario, qui hic sedebat solus nullis vero egregijs et Ecclesiæ parisiensis canonicis comitatus contra vetustum morem et instituta nostræ facultatis per Joachimum de Breuzeville maiorem facultatis Medicinæ apparitorem vocari jubentur hoc ordine.

Nomina et Cognomina Licentiandorum in saluberrima medicinæ facultate

Bouvier decanus.

Parisiis anni millesimi sexcentesimi
trigesimi quarti die decima nona
mensis Junij

M. Joannes Pietre.
M. Joannes Chartier
M. Jacobus Barrelius
M. Petrus Legier
M. Franciscus Vignon
M. Mathurinus Denyau
M. Petrus Richer
M. Petrus Yvelin.

Quibus hoc ordine locatis dominus Academiae Cancellarius autoritate apostolica qua fungitur in hac parte dat Licentiam faciendi, legendi et interpretandi hic et ubique terrarum in nomine patris et filij et spiritus sancti, tum demum magistro Joanni Pietre primo loco sedenti proponit hanc Quaestionem.

An in Extasi omnes facultates otientur?

Cui Quaestioni idem Pietre copiose, docte et eleganter satisfecit.

Eadem die in aula domini Archiepiscopi M. Joannes Pietre Licentiatus supplicavit ut vacationum tempore liceat sibi obtinere gradum doctoratus, cuius supplicationi postquam solitum Jusjurandum praestitisset, annuerunt doctores, qui aderant frequentes, quod dominus Academiae Cancellarius contra solennem morem et nostri ordinis instituta a supremo senatu confirmata huic ceremoniae solus adfuisset nullo egregiorum virorum canonicorum comitatu. Inivere consilium parareturne illi seorsim prandium an potius invitaretur a decano ad prandium in scholis medicorum promoto paratum cum quisque super hac re suam tulisset sententiam censuere dominum Cancellarium invitandum ad prandium in scholis medicorum paratum nec illi ullum esse parandum seorsim prandium ne unius quidem ferculi, sicque conclusit decanus.

Boujonier decanus

Qui eodem momento nomine facultatis
dominum Cancellarium Inuitauit ad
prandium paratum In scholis medicorum.
cui adesse recusauit, praeterea M. Joannes
pictor Licentiatus, cuius Impensis prandium
apparatum erat, de mandato decani illum
adijt et Inuitauit sed ille renuit.
Significauit quoque decanus Coquo per regium
apparitorem ne ferculum dapibus Instructum
domino cancellario destinatum, asportaret, quod
hic in alium diem sibi reseruari curauerat.
die sequenti decanus dominum Cancellarium
adijt illique solitum honorarium tradidit, summa
illius qua singulis doctoribus distribui solet
pro Jure Licentiarum, sed hic duplam portionem
Juris illius sibi deberi quemadmodum decano
asseuerauit, cui decanus mirum sibi uideri illud
hoc anno sibi vindicare velle quod nunquam Ipse
aliàs neque praedecessores sui acceperant neque
efflagitauerant non contemnendum esse quod
illi offerebat facultas quantum cuique doctori
pro omnibus laboribus quos ferre solet per
totum biennium In omnibus actibus et
examinibus baccalaureorum, ille acceptâ
illa summâ eodem die per apparitorem regium
decano significauit coram notarijs regijs contestato
denuntiasse se tantundem ab illo et a facultate
repetiturum nec in ~~illius~~ suum damnum cedere quod
receperat. decanus vero eo ipso die facultatis
decretum latum In aula domini Archiepiscopi
post benedictionem Licentiarum, per regium
apparitorem illi significandum curauit
quod cum irritum se habere respondisset
atque decanum Interpellasse ut curaret posthac
die Licentiarum sibi prandium ducentum
ferculorum varijs dapibus Instructorum
parari super his ac super eo quod dominus
Cancellarius Academiae honorarium
duplum efflagitabat speciali articulo
conuocata facultate die veneris vigesimo
tertio mensis Junij an. 1634 pridie
missâ schedula per bidellos decreuit
facultas prandium nullum deberi sibi.

Beusonier decanus

parandum esse domino Cancellario: decretū verbo latum die licentiarum decimo nono Junij in aula domini archiepiscopi ratum fore habere, rataque quoque facere quae ex decreto egit decanus: Illud duntaxat honorarium pro more domino Cancellario offerendum quod cuique doctori pro licentiis persolui solet.

Hoc facultatis decretum domino Academiae Cancellario significandum curauit decanus die Lunae vigesima sexta Junij an. 1634 per apparitorem regium cui nullum responsum dedit quemadmodum superiori.

In hac concione M. Joannes Chartier Licentiatus supplicauit pro vesperiis et Doctoratu cuius supplicationi annuit facultas praestito iurejurando se neminem doctorum laesurum in oratione quam habiturus est post suam Inaugurationem.

Decima quinta Augusti an. 1634 post sacrum censuere Doctores quiddam cum decano litem motam aduersus Juratos siue Custodes pharmacopolarum anno praeterito, omni arte esse prosequendam donec satisfacerent decreto supremi senatus lati 18 decembris an. 1597 pro examinibus pharmacopaeorum urbium et pagorum ditionis Lutetianae.

Die Lunae quarta septembris an. 1634 habita sunt priuata comitia Academiae apud decanum facultatis Theologiae propter absentiam domini rectoris In illis exposuit decanus facultatis medicinae, latum fuisse olim senatusconsultū 19 nouembris an. 1494 in controuersia vniuersitatis super duorum dua praetendentium ad rectorale officium quo cautum fuit ut in simili controuersia vacante munere rectorali vniuersitas congregaretur per tres decanos superiorum facultatum nullo eorum neque decano facultatis Theologiae super alios praeeminentiam habente. Theologiae decanus declarauit Et palam quod ipse decanus Theologiae declarauit et palam tunc professus est ut videre est in commentario secundi decanatus M. Michaelis de Colonia an. 1491.

Bouvard decanus

Die Lunæ secunda octobris sequentia arrestum Curiæ mihi significatum fuit cura domini Cognitoris vidit.

Senatusconsultum latum 7° septembris 1634 adversus chirurgorum consociationes

Comme de la sentence donnée par le prevost de paris ou son lieutenant le ... mai dernier entre Me Sebastien Collin chirurgien juré en l'université de paris demandeur aux fins de l'exploit du ... aoust 1633 d'une part et Me Antoine Ruffin me barbier chirurgien a paris defendeur en lettres de rescission par luy demandées obtenues le 3 7bre 1633 d'autre et Me Jehan bonne aussy chirurgien juré en l'université de paris demandeur en requeste par luy presentée le 15 febvrier dernier affin d'intervention d'autre par laquelle apres que lesdits bonne et Ruffin auroient esté ouys en la chambre du conseil particulier ledit bonne sur le faict des contracts de societé mentionnés au procès et sur la suffisance et experience desdits Collin et Ruffin au faict de l'operation de la taille et du boyau et auroit ordonné que sans s'arrester aux lettres obtenues par ledit Ruffin de l'effect et intervention desquelles il auroit esté debouté les contracts de societé passés entre les parties les 1er et 9e avril 1631 seroient executés selon leur forme et teneur et suivant iceux lesdits Colin et Ruffin seroient tenus chacun d'eux bailler un estat des operations de la taille et du boyau qu'ils auroient faict depuis le 1er mars 1631 des deniers qu'ils en auroient receus et de la despense qu'ils en auroient faict pour ... ledit bonne appellé compter pardevant le ... du procès et satisfaire suivant et conformement auxdits contracts sinon et a faute de ce condamne ledit Ruffin par les peines portées par lesdits contracts et neantmoins permis aux parties d'instruire qui bon leur sembleroit au faict desdites operations nonobstant la clause apposée auxdits contracts laquelle auroit esté declarée nulle sans despens. Appel de la part dudit Ruffin a nostre cour de parlement en laquelle parties ouyes en leurs causes d'appel le procès par escript conclud et receu pour juger entre elles par escript s'il bien ou mal auroit esté appellé joint les griefs hors le procès pretendus moiens de nullité ... les intimés pourroient respondre et contre la production nouvelle bailler contredicts aux despens. Veu ledit procès ... griefs responses desdits appellant ... production nouvelle dudit Ruffin requeste desdits bonne et Colin du ... du present mois de 7bre employé pour contredicts et tout diligemment examiné Nostre dicte Cour par son jugement et arrest a mis et met l'appellation et sentence de laquelle a esté appellé au neant sans amende et despens sans ...

Boujonzer decanus

l'arrest̃ a nos p̃ Lres a declaré et declare les Contracts
d'association mentionez au procez nulz illicites,
et en consequence sur la demande desd. colin et bonet
a mis et met les parties hors de Cour et de procez
sans despens a fait et fait Inhibitions et deffenses
a tous chirurgiens et opperateurs de faire aucune
Association pr le faict de leur art a peine d'amende
arbitraire. Ordonne qu'a la diligence de nre procureur
gnal le pnt Arrest sera leu et publié aux Escholles
de Medecine et Chirurgie de ceste ville prononcé le
7e 7bre 1634 signé bugé.
L'an 1634 le 2e doctobre, sur le pnt arrest monstré
et signiffié et donné faict a scavoir a Mre François
Boujonier doyen de la faculté de medecine
et ce a la regte de Monsgr le pr gnal a ce q'
du contenu aux arrest il n'en puisse pretendre
cause d'ignorance. signé Vatier

Die sabbathi decima quarta octobris an. 1634 censuit
facultas festum d. Lucae ritu solemni esse celebrandum
annuitque supplicationi m. Jacobi Barrillier pro
vesperijs et doctoratu praestito iurejurando se pariturum
decreto fac. lato 12 novembris an. 1632.

Die Mercurij decima octava octobris
an. 1634 celebratum festum d. Lucae et
moris est, post sacrum communiuum
doctores in aulam superiorem venerunt
ubi iis statuta recitata a bidello
decretum latum duodecimo novembris
an. 1632 supra scriptum p. 330 necnon
postremo scriptum senatusconsultum.
Baccalaurei solitum praestant jusjurandum
et monentur sui officij: depositi fasces
bidellis restituuntur. Exponit decanus
sua cura statuta facultatis typis mandata
esse, quibus duo adjecit unum pro aetate
viginti quinque annorum Medicinae
Candidatorum, quod decimo sexto Julij
an. 1633 ad postulationem suam senatus-
consulto fuit comprobatum, alterum
de decentia et honestate quam observare
debent doctores medici in suis comitijs
quod quidem invenit decanus jussu
Triumvirorum regiorum in commentarijs
facultatis insertum an. 1612 magistro petro

Boujonier decanus

pijart doctori medico decano
omnes doctores qui tum frequentes aderant
ad postulationem decani iurejurando in
manibus eius praestito se obstrinxerunt in
religiosam observationem omnium illorum
statutorum facultatis tum et in illius
quo cavetur ne quis eliminet arcana facult
atis neque revelet ea quae aut proponuntur
aut decernuntur in comitijs facultatis.
fuitque statutum ut singulis annis eodem die
hora hoc iusiurandum in manibus decani
a singulis doctoribus renovaretur, tum ut
deierantes qui sacramenti religionem non
retinuerint in suo officio, cura decani
mulctarentur omnibus facultatis emolum-
entis in biennium, ut autem frequentiores
in posterum intersint sacro divi Lucae censuit
facultas absentes omni argenteo nummo, qui
in eo distribui solet, privandos esse, voluitque ut
hoc decretum inscriberetur in libro veterum
statutorum facultatis.

Die Jovis decima nona octobris an 1634 postridie
festi D. Lucae circa horam octavam post missam
defunctorum jurati barbitonsorum chirurgorum
adfuere solitumque iuramentum praestitere et
quae facultati debitum persoluerunt.
Non comparuerunt pharmacopaei etsi domus
circa schedula a decano per pedellum ad eos missa
vocati fuissent.
In eis comitijs decretum facultatis de
jurejurando singulis an. in observationem
statutorum post sacrum D. Lucae in manibus
decani praestando fuit confirmatum. Statutum
quoque fuit ut professor chirurgiae in posterum
eligeretur eodem modo et ~~eum~~ ijsdem emol-
umentis gauderet quibus alij professores
scholae: qui chirurgiam et operationes chirurgicas
studiosos medicinae in scholis horam commodam
doceret, quemadmodum olim statutum fuit
an. 1576 in decanatu M. Claudij roussel et per
aliquot annos factitatum.
decretum fuit ut missa pro defunctis postridie
D. Lucae hora nona matutina in posterum
celebraretur, cui omnes doctores interesse
possent: tum ut programmati urbis compitis
et suburbiorum affigendo pauperes qui
aliquo morbo detinerentur commonerentur
ut se sisterent singulis sabbathis ~~post~~ in collegio

Boujonier decanus

Institutio professoris chirurgiae renovata

pauperum aegrotantium curatio incepta in schol. 19. octob. 1634.

Medicorum ubi post missam Doctorum consilia
exciperet poterunt ad curationem suorum morborum.

Die Lunae trigesima octobris an. 1634 cum
Decanus interfuisset examini cuiusdam
aspirantis ad magisterium tonsoris chirurgi
In aula tonsorum chirurgorum cum M. M.
Guidone Patin et Petro Le Conte Juniore doctorib.
medicis, illo examine peracto, scriba praedictorum
chirurg. coepit palam legere articulos quosdam
sive statuta quae ipsi tonsores chirurgi inscia et
inconsulta facultate nostra, sibi finxerant
et a supremo senatu comprobari curaverant.
Illisque perlectis cum observasset Decanus multa
absurda contineri, nullamque mentionem fieri
facultatis nostrae quae sola illos ex tonsoribus
chirurgos fecit, quaeque illos singulis annis
per quatuor doctores chirurgiam docet sine quorum
testimonio studii quadriennalis nullus possit
admitti ad examina supremi magisterii artis
suae, In quibus Decanus duoque alii doctores facultatis
capacitatis illorum judices sedere debent juxta
contractus cum illis factos multaque senatus consulta
super hac re lata, quae omnia cum vitiata vidisset
tonsores chirurgos in fictitiis illis suis statutis
primo exprobravit ~~ingratum~~ Decanus ingratum illorum
animum et immemorem beneficiorum a facultate
tanquam ab benigna matre acceptorum, deinde palam
intercessisse executioni illorum statutorum cuius suae
intercessionis cum actum illi denegavisset, hunc a
notariis illo ipso die comparavit quandoque sequenti
illorum juratis significare curavit

Die Jouis 22 Nouembris 1635 disputauit de quodlibetaria extra ordinem Mag. Petrus yvelin Doctor medicus, respondente Mag. Nicolao Colletet Parisino Baccalaureo, et erat quaestio talis
Estne fluor muliebris semper ab vtero?

Die Jouis 29 Nouembris 1635 disputauit de quodlibetaria In ordine M. Symon le Tellier Doctor medicus Regius, respondente Mag. Leone le Tourneurs baccalaureo Redonensi, et erat quaestio talis
Estne Indiuiduus acutorum comes febris?

Die mercurij 5o Decembris 1635 disputavit
de quodlibetaria In ordine Mag. Symon
Bazin doctor medicus, respondente Mag.
Nicolao Cappon Parisino Baccalaureo, et
erat quaestio talis

An Imbecillitati ventriculj adstringentia?

Die Jovis 13 Decembris 1635 disputavit In
ordine de quodlibetaria M. Nicolaus Piètre
doctor medicus, respondente Mag. Petro le
Mercier, Castrotheodorico baccalaureo, et erat
quaestio talis

An ad extrahendum calculum secanda
ad pubem vesica?

Die 20 Decembris 1635 disputavit In ordine
de quodlibetaria Mag. Jacobus Cousinot doctor
medicus, respondente Mag. Nicolao Richard
parisino baccalaureo, et erat quaestio talis

An hydropj siccantia?

Die Jovis 10 Januarij 1636 disputavit In
ordine de quodlibetaria Mag. Petrus Seguyn
Doctor medicus, Regi à consilijs Interioribus,
Reginae Archiatrus et antiquior scholae magister,
respondente M. Petro Constant Arverno
baccalaureo, et erat quaestio talis

An hystericis quibuscumque venae sectio?

Die Jovis 17 Janu. 1636 disputavit In
ordine de quodlibetaria M. Petrus Yvelin
doctor medicus, respondente Mag. Claudio
Guerin Parisino baccalaureo, et erat quaestio
talis An nephriticis à calculo λίθων θρυπτικά?

Die Jovis 31a Januarij 1686 disputavit extra ordinem M. Petrus Richer Doctor medicus de quodlibetaria, respondente M. Jacobo le febure Parisino baccalaureo, et erat quaestio talis

An dysenteriae serum lactis salutare?

Disputationes Cardinalitiae

Die Jovis 14 februar. 1686 Magist. Durandus Franciscus Yon baccalaureus disputat de Cardinalitia praeside M. Francisco lespicier doctore medico, et erat quaestio talis

An fluori uterino portulaca?

Die Jovis 21 februar. 1686 Magist. Jacobus le febure baccalaureus disputat de cardinalitia, praeside Mag. georgio Cornuti doctore medico, et erat quaestio talis

An victus tenuis senibus?

Die Jovis 28 feb. 1686 Mag. Nicolaus Colletet baccal. disputat de quaestione Cardinalitia praeside M. guillelmo du val doctore med. et profess. reg. et erat quaestio talis

An vita actuosa contemplatrice salubrior?

Die Jovis 6o Mart. 1686 disputat de Cardinalitia ~~quodlibetaria~~ Mag. Petrus Constant baccalaureus praeside Mag. Claudio lienard, pro Mag. gaspardo Braye tunc aegrotante, et erat quaestio talis.

An Catharro obnoxiis diaeta calefaciens et exsiccans?

c

Vesperiæ

Die Martis 15 Julij 1636 M. Claud. guerin licentiatus respondet de quæstione vesperiarum præside Mag. francisco des françois qui candidato proponit hanc quæstionem

An mora febricitantibus?

Alteram vero Mag. Joannes Desgorris In vtramque partem agitandam et defendam Mag. Claudio guerin proponit.

An mora catarrhoicis?

Die Jouis 16 octob. 1636 Mag. Petrus le Maire licentiatus respondet de quæstione vesperiarum præside Mag. Helia Beda qui candidato proponit hanc quæstionem

Estne vsus auri In medicina salubris?

Alteram vero Mag. franciscus Robillard pro M. francisco des françois tunc absente In vtramque partem agitandam et defendam proponit M. Petro le Maire

Estne vsus gemmarum In medicina salubris?

Guillemeau
Decanus

Doctoratus

Die Martis 29 Jul. 1636 Mag. Claudius
quin laurea doctorali donatus est a Magist.
francisco des francois et hanc quaestionem
proponit M. francisco Blondel
An ex contagio sanitas?
Alteram vero praeses Mag. Joanni Desgorris
agenti pro M. Joanne du Cledat
An ex contagio pestis?

Die Jovis 6° Novembris ann. 1636. M.
Petrus le Mebaix doctor medicus renunciatus,
praeside M. Helia Beda doctore medico,
proponit autem quaestionem novus doctor
M. Mathurino Acton doctori medico
discutiendam
A praeparatio vitrioli salubris?
Alteram quaestionem M. Helias Beda
proponit M. francisco Robillard doctori
medico loco Mag. francisci des francois
doctoris medici tunc absentis.
An praeparatio Mercurii salubris?

Guillemeau
Decanus

Antiquodlibetariæ quæstiones
quæ vulgo pastillariæ
nominantur

Die Mercurij 2j Nouemb. 1635 M. Petrus Juelin doctor medicus pro pastillaria dat medianæ candidato hanc quæst. exponendam

An gonorrhææ purgantia?

Alteram vero Mag. Jacobus Perreau doctor medicus alteri doctori Mag. guillelmo quevin proponit

An gonorrhææ adstringentia?

Die Mercurij 30 Jan. 1636 Magist. Petrus Richer doctor medicus pro pastillaria dat medianæ candidato hanc quæst. exponendam

An dysenteriæ narcotica?

Alteram vero M. Claudius quiquebœuf doctor medicus alteri doctori Mag. lancéloto de frades proponit

An dysenteriæ adstringentia?

Guill. Mentel
Decanus

Res et Comitia facultatis

Die ~~Martis~~ lunæ vltima Decembris 1635.
Indictis pridie per apparitorem more solito
comitijs In Scholas Superiores hora à meridie
prima, auditæ sunt rationes prioris mei
decanatus, visæ, probatæ et gratiæ à collegis
actæ pro re nostra sedulò et probè gesta:
decretum mihi honorarium æquè amplum
atque superiore decanatu Mag. [illegible]
[illegible] francisco Bouuonnier, nempe
centum et quinquaginta libellarum, et singulis
Doctoribus rationes subsignaturis distributæ
tres libellæ et quatuor asses.
Die sabbathj 22 Decembris 1635 celebrata
est In scholis nostris præside M. Philippo
Harduino de St Jacques anatome cadaueris
muliebris, quod scholæ nostræ Archidiacono
subreptum fuerat à quodam tyrone Barbitonsore
dicto garnier, qui illud dissecare Inceperat
pro tyrocinio suo In cubiculo barbitonsorum,
vnde tandem me vrgente et In pluribus
senatusconsultis à Decanis nostris In hanc
rem antehac Impetratis vim facientè, noui
quoque arresti eo ipso die à supremo senatu
me postulante Impetrati beneficio, cadauer
ipsum ex medio barbitonsorum consessu In
scholas nostras deportari curaui: factaque
est illius dissectio ab ipso præside D. de St
Jacques, et demonstratæ partes singulæ
eleganter et eruditè quamplurimis auditoribus
qui illuc conuenerant.

Die sabbathi 26 Jan. 1636 post sacrum censent Doctores cereos In festo Purificationis Beatæ Mariæ virginis more solito esse distribuendos: Jisdem comitijs solita forma eliguntur In. examinatores candidatorum Baccalaureatus medicinæ MM: claudius gervais, guillelmus de vailli de majori ordine et MM: Philibertus Morisset et guillelmus du Pré de minori, qui præstiterunt Juramentum more solito.

Die lunæ 28 Januarij 1636 M. Antonius charpentier chirurgiæ professor In scholis ordinarius celebravit operationes chirurgicas, earumque demonstrationem exhibuit atque exposuit suis auditoribus accurate et erudite.

Die sabbathi 23 februarij 1636 post sacrum conveniunt Doctores omnes In scholas superiores pridie per bidellum convocati more solito, audituri supplicationem candidatorum medicinæ; qui singuli de una quæstione pro more Interrogantur qui Inde dimittuntur, Jussi probare tempus studij, ætatem sufficientem, et literas magisterij In artibus.

Diebus lunæ, Martis, Mercurij et Veneris 10, 11, 12 et 14 Martij 1636 ab hora septima matutina usque ad undecimam, et à secunda pomeridiana usque ad sextam, undecim medicinæ candidati rigoroso examine tentantur atque probantur

Die sabbathi 15 Martij post sacrum Doctores omnes pridie convocati per schedulam more solito, conveniunt In scholas superiores audituri relationem examinatorum de candidatorum

medicinæ eruditione atque doctrina. Itaque Magister Claudius Gervais examinatorum antiquior exposuit atque retulit facultati ex undecim candidatis novem tantum sibi collegisque suis dignos videri qui admitterentur ad Baccalaureatum: alios verò duos, nimirum Paiot et Du Cis esse rejiciendos: Qua audita relatione examinatorum, commota facultas et mirata, qua ratione ducti examinatores, duos illos potiùs quàm alios rejiciendos censerent; censuit omnes esse admittendos ad gradum Baccalaureatus et principium eo ipso die: quorum undecim sequuntur nomina.

Martinus Akakia
Claudius le Vasseur
Claudius Breget
Robertus — De Bonnaire
Franciscus Paiot
Florimondus Langlois
Michael — Marets
Jacobus — — Ganois
Franciscus Poitou
Nicolaus Du Cis
Dionysius — Jonquet

Eadem die Baccalaurei medicinæ curriculum emensi bona cum venia facultatis admittuntur ad examen particulare.

Guillemeau
Decanus

Ea ipsa hebdomada examinis, cadaveris virilis anatomen celebravit M. Petrus le Conte Scholarum professor.

Die sabbathi 12 Aprilis an. 1636 convocata facultas more solito admisit ad gradum licentiarum baccalaureos superiore biennio Iatricum stadium emensos, quique nuperrimè nullo Doctorum reclamante examini particulari satisfecerant, praestito solito jurejurando etc.
Iisdem comitiis decrevit facultas componendam esse litem à Dño Decano et viris selectis cum Dño Cancellario, cumque rogandum ut sit contentus uno ferculo in prandio licentiarum, cui supplicationi Cancellarius ipse noluit annuere, unde factum est ut ipso licentiarum die Dominus Guerin ei concesserit ferculum unum opiparum et dimidiam partem unius, ultro tamen, nec ad id ullomodo coactus, et in posterum liberum sit iis qui primum locum adepti fuerint, ipsi cancellario unum duntaxat ferculum si voluerint exhibere.
Decrevit quoque facultas eodem die, loco coenae Botanicae antehac à majoribus nostris celebrari solitae, instituendum esse examen per diem integrum, in quo (me postulante) Doctores minoris ordinis Baccalaureos interrogabunt horis matutinis de re botanica: Majoris verò, horis pomeridianis; Hujus verò examinis Botanici pretium unicuique Baccalaureo fore scutum libellas Decano persolvendas.
Denique censuit facultas annuendum Doctori Andegavensi, M. Bailli, qui libello supplice facultati exhibito nos rogavit ut pronunciemus an per haec verba Hippoc:

ἐν ἀρχιώντ ἐλέβα ἴσω Basilica non debeat
Intelligi. censuit facultas per haec verba graeca
nullam aliam venam nec posse nec debere
Intelligi praeter eam quae vulgò Basilica
nominatur.

Die Jovis 15 Maij 1686 celebratum est in Scholis
superioribus examen Botanicum, In quo probati
sunt super rebus botanicis decem Baccalaurei:
undecimus abfuit dictus Poiton, eadem enim
ipsa die hora sexta matutina obiebat ex
febre porphyroide, Juvenis magnae spei et
expectationis, cujus manibus bene precor.

Die Mercurij 11 Junij 1686 hora post meridiem
tertia Decanus In aula officialitatis orationem
habuit ad Dominum Joannem Des Contes
Academiae Cancellarium, ei quo obtulit novem
Baccalaureos medicinae curriculum biennio
superiore emensos, ad licentiarum gradum
promovendos, eumque rogavit ut ijs benedictionem
apostolicam Impertiri dignaretur.

Die Dominico 15 Junij 1686 à meridie missus
orator à Dno Academiae Cancellario orationes
habet encomiasticas In Scholis Inferioribus,
coram Amplissimo Doctorum coetu et frequentissimo
clarissimorum virorum consessu, atque novem
Baccalaureos supra designatos In diem
sequentem ad licentiam vocat atque Invitat
ad aedem Beatae Mariae, Ibi benedictionem
apostolicam accepturos.

Die lunæ 16 Junij 1636 hora 5ª matutina
omnes fere Doctores conveniunt In aulam
Dni Des contes Academiæ Cancellarij, Ibique
præstito ~~j~~ iureiurando per tabellas vt moris
est, fiebunt Judicium de ordine licentiandorum.
hora verò decima matutina In aulam
Illustriss. Archiepiscopi Parisiensis conveniunt
Doctores, Ibique ~~[illegible]~~ In amplissimo Doctorum
medicorum consessu hoc ordine licentiati per
Joachymum de Bezeville majorem apparitorem
vocantur.

Sequuntur nomina, cognomina et ordo
licentiandorum In saluberrima
medicinæ facultate Parisiensi, die
lunæ ~~die~~ 16 mensis Junij 1636

M. Claudius Guerin
M. Petrus le Mercier
M. Nicolaus Richard
M. Nicolaus Cappon
M. Petrus Constant
M. Leo le Tourneur
M. Nicolaus Colletet
M. Jacobus le febure
M. Franciscus Durandus Yon

quibus hoc ordine vocatis Dom. Des Contes
Academiæ Cancellarius authoritate apostolica
qua fungitur In hac parte, dat licentiam
faciendi, legendi et Interpretandi medicinam
hic et vbique terrarum In nomine Patris et
filij, et Spiritussancti.

quo peracto Magist. claudio querin primo loco
sedenti hanc quaestionem proposuit

Cui eleganter et doctissime pro more satisfecit.
Postea iidem ipsi licentiati à D. Cancellario
et Decano ad altare D. Sebastiani In ecclesia
Parisiensi deducuntur, ibique Jusjurandum
praestant.
Die sabbathi 28 Junij M. claudius querin
post sacrum supplicauit facultati pro vesperijs
et Doctoratu cujus supplicationi annuit facultas
praestito prius Jurejurando se neminem
Doctorum laesurum In oratione quam habiturus
est post suam Inaugurationem.
Die Veneris octaua Augusti ann. 1636 conuocati
Doctores In scholas superiores per schedulam
more solito, audita relatione Decani qui exhibuit
facultati In hac praesenti necessitate et
temporum difficultate, Hispanis nimirum
numeroso exercitu In galliam Irruentibus,
et Jam aliquot Picardiae urbes vi appeta
obtinentibus; christianissimo Regi offerendam
esse aliquam summam ex nostro aerario
ad Instar aliorum ordinum magnae huius
ciuitatis. Decreuerunt ipsi Doctores In his
rerum angustijs, sumptibus facultatis vniuersae,
dandas esse Regi christianissimo tres mille
libellas argenteas: ex qua summa desumetur
quicquid ipsa medicinae facultas quatenus
membrum vniuersitatis Dom. Rectori persoluet

debuerit. Quoniam verò in aerario nostræ facultatis tunc temporis nullæ erant præsentes pecuniæ; censuit facultas imponendum esse hoc onus Dom. Decano sc. ex privato aliquo, mille aureos argenteos, nomine facultatis, mutuò esse accipiendos, annuo eo reditu, quo iubent edicta regia. Notandum autem Decanum ea vice facultatem convocavisse motu proprio et sine ullo externo irritamento, sicuti quàm factum fuerat cum alijs ordinibus tam superioribus quàm inferioribus populosæ urbis, quos ea de causa ad luparam convocatos fuisse omnibus constabat: Decanus e proprio studio facultatem convocavit in hac rerum necessitate; quæ animo gratissimo, ultro, nec ab ullo rogata pro Regni incolumitate et magnæ urbis securitate supradictam summam trium mille libellarum statim persolvendam curavit selectis viris optimis DD. ~~Stat~~ Saintot et de la Court.

Die lunæ octava septembris 1636 Mag. Pet. le Mercie supplicuit facultati pro vesperijs et Doctoratu, cuius supplicationi annuit fac. præstito prius iureiurando se neminem Doctorum læsurum in oratione quam habiturus est post suam inaugurationem

Die sabbathi 4a octobris 1636 Mag. Nicolaus Richard post sacram supplicavit facultati pro vesperijs et Doctoratu, cuius supplicationi annuit facultas præstito prius iureiurando se neminem Doctorum læsurum in oratione quam habiturus est post suam inaugurationem

Dio sabbathi 18 octob. 1686 celebratum est festum Divi Lucæ more solito: post sacrum apparitores fasces deponunt, qui statim illis restituuntur: leguntur quoque à majore bidello Statuta facultatis: et jurejurando à baccalaureis præstito comitia solvuntur

Dio lunæ 20 octobris 1686 post sacrum pro defunctis nostris collegis celebratum, adfuerunt In scholis superioribus Jurati Barbitonsores chirurgi quatuor, qui coram Doctoribus præsentibus In pacta et statuta nostra Juraverunt, monentur ut erga facultatem et singulos Doctores eo se animo gerant quo multis nominibus tenentur. Idem Jusjurandum præstitere pharmacopæi summi galliarum præfecti quem vocant le grand prevost de france

Guillemeau
Decanus

Dio sabbathi 8a Novembris 1686 Mag. Nicolaus Cappon supplicavit facultati pro vesperiis et Doctoratu, cujus supplicationi annuit facultas, præstito prius Jurejurando se neminem Doctorum læsurum, In oratione quam habiturus est post suam Inaugurationem

Guillemeau
Decanus

Laus Deo

Res et comitia Academiæ

Die Sabbathi 1o Decembris 1685 apud Dom.
Loysel Rectorem Academiæ In comitiis ordinariis
Decretum est omni conatu Intercedendum esse
In sanctiori Regis consilio adversus illos publicanos
qui Ingentes summas christianissimo Regi offerebant
ut In eos transferetur Jus ipsi Academiæ proprium
ab annis plusquam sexcentis constituendorum
nunciorum per singulas galliæ civitates: et
sequenti hebdomada celebrandam esse processionem
ad S. Stephani de monte Imbique orandum
Deum ut ipsi causæ In qua agebatur de ruina
Academiæ singulari sua gratia faveret

Die mercurii 12 Decembris 1685 itum est
processionaliter ad ædem S. Stephani

Die lunæ 4o feb. 1686 In magnis Academiæ
comitiis præter ordinem habitis apud Mathurinenses
Decretum est offerendum esse sanctiori Regis
consilio Imo ipsi Regi si fas sit ipsum adire
libellum supplicem adversus eos publicanos qui
summa vi novisque conatibus rapere tentabant
Academiæ Jus illud antiquum et quo ab
octingentis annis placide fruitur constituendorum
nunciorum per urbes galliæ universas: ad felicem
hujusce litis eventum Impetrandum offerendas
esse Deo preces atque supplicationes: Denique
ubi facta fuerit Academiæ facultas christianiss.
Regem adeundi, eoque causæ nostræ æquitatem
adversus Impios et Iniquos publicanorum conatus
verbo factoque demonstrandi, amplissimo Rectori
una quæque facultas pollicita est quam magnam

poterit comitatum de certis rebus agendis in hoc negotio quoniam totum politicum est atque pragmaticum magnique momenti —— consulendos esse patronos quorum nutu et arbitrio tota res administretur

Die Jovis 13 Martij facta est processio Dom. Rectoris ad aedem Carmelitarum

Die Sabbathi 5° Aprilis in Comitijs ordinarijs Academiae Dom. Rector proposuit Decanis et procuratoribus Academiae cum convenisse nobilem quandam mulierem dictam Dom. de St georges quae volebat cum ipsis Academiae proceribus convenire de pretio illius partis prati clericorum quae pertinet ad Academiam eis persoluendo singulis annis reditum quendam pro ratione magnitudinis illius loci Decretum est super illa petitione unamquamque facultati

* seorsim deliberaturam et sequenti mense Decanos cum selectis viris Decreti sui relationem facturos

Die Sabbathi 3° Maij In iisdem Comitijs proposita fuit eadem quaestio sed non decisa propter absentiam selectorum virorum ex ordine Theologorum et remissum istud negotium ad alia comitia.

Die Mercurij 8° Maij 1636 In Comitijs extraordinarijs Academiae habitis apud Dom. Rectorem super negotio prati clericorum deputati ex ordine Theologorum retulerunt suum ordinem eiusmodi distractioni non consentire et si quid aliter fiat super hac re ab alijs Academiae ordinibus eos intercedere etcet. repetenda ex commentarijs Academiae

Die sabbathi 7° Junij 1636 In Comitijs ordinarijs
Academiae actum est duntaxat de illa distractione
prati clericorum et intercessione facta a sacro
Theologorum ordine ne divendatur aut distrahatur
ullo modo antiquum istud Academiae patrimonium
et conclusum dandam esse operam ut faveat
ille Theologorum ordo ejusmodi venditioni
Die lunae 23 Junij 1636 In processione Dom.
Rectoris ad aedem Divi Victoris decreta est
supplicatio ordinaria deinde proceres Academiae
agunt gratias pro rebus bene gestis in suo
rectoratu litterasque commendatitiae illi exhibentur
Die sabbathi 5° July 1636 In Comitijs ordinarijs
Academiae habitis in Cardinalitio apud Dom.
Mareschaux nuper creatum Rectorem actum
est de eadem venditione prati clericorum
et intercessione Theologorum delegatus
etiam Dom. granger ad Dom. de Fillesac
sorbonae Decanum eum rogaturus ut intercessionem
ipsam tanquam vinculum Academiae injectam
eximat eaque Academiam liberet vel saltem
intercessionis suae causas legitimas ipsi Academiae
exponat
Die sabbathi 2° Augusti In comitijs ordinarijs
Academiae proposuit Dom. Rector duo esse de
quibus providendum esset Academiae nimirum
de Tabellarijs universitatis adversus quos
novam movent litem quidam publicani dicti
Barbier de Nouveau et alij deinde offerendum
esse ipsi christianissimo Regi libellum supplicem
adversus ejusmodi publicanos ad tuenda et
conservanda Jura Academiae Actum quoque

de venditione prati clericorum etiam nolentibus
et non consentientibus Sorbonicis nisi validas
adferant Intercessionis suæ causas
Die Jouis 7a Augusti In Comitijs extraordinarijs
Academiæ summo mane habitis apud Dom.
Rectorem In ipso gymnasij cardinalitij sacello
decretum fuit In presenti rerum necessitate
et temporum difficultate a singulis Academiæ
ordinibus .n. a tribus facultatibus superioribus
Theologiæ medicinæ et Juris canonici vt et
a facultate artium cum quatuor nationibus
singulis gymnasiarchis offerendos esse Regi
Christianissimo numerosum exercitum legenti
aduersus Hispanos In Picardiam Irruentes
ducentos pedites per duos menses ipsius Acad.
stipendijs militaturos quod quidem maxime
probauit et gratissimum habuit Rex christ.
vbi eodem die fuit ei renunciatum a Dom.
Rectore
Die Mercurij 8a octob. 1636 celebrata est
processio Dom. Rectoris ad ædem Diuæ
Magdalenæ.

Ratio accepti et expensi
tam ordinarij quàm extraordinarij
In secundo Decanatu Mag.
Caroli Guillemeau Parisini
à die 5a nouembris anni 1635.
ad diem 8am eiusdem mensis
anni 1636. reddita die duodecima
Mensis Nouembris 1636.

Ratio accepti.

Caput 1um accepti ex reditibus
annuis facultatis.

Accepi à quæstore vrbis pro dimidio anno
reditus annui centum libellarum, summam
quinquaginta libellarum — — l lt

Ab eodem quæstore vrbis pro dimidio anno
reditus annui decem libellarum summam
quinque libellarum — — — v lt

A Magistro Petro Mauuel pro anno locationis
ædium quas occupat exacto die vltima septemb.
anni 1636 accepi ducentas libellas — ijc lt

A Joachimo de Bezeville pro anno locationis
ædicularum quas occupat exacto die vltima
septembris anni 1636 — — — nihil —

A Petro langlois pro locatione ædicularum
quas occupat exacto die vltima septembris
ann. 1636 septuaginta duas libellas — ~~lx~~ lxxij lt

Ab heredibus viri nobilis guillelmi Lusson
medici Parisiensis pro obitu celebrato die 18a
Nouembris 1635 accepi viginti quinque libellas xxv lt

Summa accepti huius paginæ trois Cents Cinqte deux livres —

Decretum de Inscriptione studiosorum medic. Lat. 2. april. 1633.

Caput 2um accepti.

A studiosis medicinæ pro Inscriptione In hoc registro facta Juxta facultatis decretum latum 2o Aprilis ann. 1633 et confirmatum 28 Janu. 1634 accepi

A Mag. francisco Boudet — — iij lt iij s.
A Mag. Nicolao Crespon iij lt iij s.
A Mag. Gabriele de Briondo iij lt iij s.
A Mag. Roberto Nouvrj iij lt iij s.
A Mag. Joanne fraquier iij lt iij s.
A Mag. Henrico Girgault iij lt iij s.
A Mag. Nicolao Chesneau iij lt iij s.
A Mag. ludouico Tuffier iij lt iij s.

Caput tertium accepti

A societate Barbitonsorum Chirurgorum quæ facultati debet singulis annis quinque libellas pro Inscriptione sibi solita in crastino diui Lucæ — — — 6 lt

Ab alijs Barbitonsoribus — — nihil

Caput iiij accepti a Baccalaureis pro stipendijs lectorum et registro In disputationibus quodlibetarijs

A Mag. Nicolao Cappon — — iiij lt ij s.
A Mag. Claudio Guibin iiij lt ij s.
A Mag. Jacobo le Mercier iiij lt ij s.
A Mag. Nicolao Richard iiij lt ij s.
A Mag. leone le Tourneur iiij lt ij s.
A Mag. Petro Constant iiij lt ij s.
A Mag. Jacobo le febure iiij lt ij s.
A Mag. Nicolao Colletet iiij lt ij s.
A Mag. francisco Jon iiij lt ij s.

Summa accepti huius paginæ soixante sept lt. dix s

Caput quintum accepti ab
ipsdem Baccalaureis pro horto
In disputationibus quodlibetarijs

A Mag. Nicolao Richard	iiijlt iiijs.
A Mag. Nicolao Cappon	iiijlt iiijs.
A Mag. Leono le Tourneau	iiijlt iiijs.
A Mag. Petro Constant	iiijlt iiijs.
A Mag. Jacobo le febure	iiijlt iiijs.
A Mag. Nicolao Colletet	iiijlt iiijs.
A Mag. francisco Yon	iiijlt iiijs.
A Mag. Petro le Mercier	iiijlt iiijs.
A Mag. Claudio Guerin	iiijlt iiijs.

Caput 6um accepti ab ijsdem
Baccalaureis pro stipendijs
lectorum et registro in disputatio=
=nibus Cardinalitijs

A Mag. Petro Constant	iiijlt ijs.
A Mag. Jacobo le febure	iiijlt ijs.
A Mag. Nicolao Colletet	iiijlt ijs.
A Mag. francisco Yon	iiijlt ijs.

Caput 7um accepti ab ijsdem
Baccalaureis pro horto in disputat=
=ionibus Cardinalitijs

A Mag. Petro Constant	iiijlt iiijs.
A Mag. Jacobo le febure	iiijlt iiijs.
A Mag. Nicolao Colletet	iiijlt iiijs.
A Mag. francisco Yon	iiijlt iiijs.

Summa accepti huius paginae Cinqt vinct livres

Caput 8um accepti a licentiandis Baccalaureis pro jure Bursarum

A Mag. Claudio Guibin	xxxvi lt
A Mag. Petro le Mbeuf	xxxvi lt
A Mag. Nicolao Cappon	xxxvi lt
A Mag. Nicolao Richard	xxxvi lt
A Mag. Jacobo le febure	xxxvi lt
A Mag. Leone le Tourneur	xxxvi lt
A Mag. Nicolao Colletet	xxxvi lt
A Mag. francisco Yon	xxxvi lt
A Mag. Petro Constant	xxxvi lt

Caput 9um accepti à Baccalaureis licentiandis pro Jure præsentationis

A Mag. Claudio Guibin	iij lt 10 s.
A Mag. Petro le Mbeuf	iij lt 10 s.
A Mag. Nicolao Richard	iij lt 10 s.
A Mag. Nicolao Cappon	iij lt 10 s.
A Mag. Petro Constant	iij lt 10 s.
A Mag. Leone le Tourneur	iij lt 10 s.
A Mag. Nicolao Colletet	iij lt 10 s.
A Mag. Jacobo le febure	iij lt 10 s.
A Mag. francisco Yon	iij lt 10 s.

Caput 10 accepti à Baccalaureis licentiandis pro mulctis Irrogatis

A Mag. Claudio Guibin – – – –	12 lt
A Mag. Petro le Mbeuf – – – –	xij lt
A Mag. Nicolao Richard – – – –	xij lt
A Mag. Nicolao Cappon – – – –	xij lt
A Mag. Petro Constant – – – –	xij lt
A Mag. Leone le Tourneur – – –	xij lt
A Mag. Nicolao Colletet – –	xij lt
A Mag. Jacobo le febure – – –	xij lt
A Mag. francisco Yon – – – –	xij lt

Summa accepti huius paginae quatre Cents Cinq^te quatre livres dix s

Caput 11.um accepti a Candidatis medicinæ pro anatomia et Schedulis non registratis

A Mag. Martino Akakia — xvj tt
A Mag. florimondo langlois — xvj tt
A Mag. francisco Paiot — xvj tt
A Mag. Dionysio Jonquet — xvj tt
A Mag. Claudio Breget — xvj tt
A Mag. michaele Marets — xvj tt
A Mag. Nicolao du Cis — xvj tt
A Mag. francisco Porton — xvj tt
A Mag. Nicolao le Vasseur — xvj tt
A Mag. ~~de~~ Roberto de Bonnair — xvj tt
A Mag. Jacobo gauois — xvj tt

Caput 12 accepti ab ysdem Candidatis ad gradum Baccalaureatus admissis pro Iure bursarum

A Mag. Martino Akakia — xvj tt
A Mag. florimondo langlois — xvj tt
A Mag. francisco Paiot — xvj tt
A Mag. Dionysio Jonquet — xvj tt
A Mag. Claudio Breget — xvj tt
A Mag. michaele Marets — xvj tt
A Mag. Nicolao du Cis — xvj tt
A Mag. francisco Porton — xvj tt
A Mag. Nicolao le Vasseur — xvj tt
A Mag. Roberto du Bonnair — xvj tt
A Mag. Jacobo gauois — xvj tt

Summa accepti huius paginæ trois Cents Cinq^{te} ~~[illegible]~~ deux livres

Caput xiiij^um accepti ab iisdem Candidatis ad Baccalaureatum admissis pro Scholarium et sacelli ornamentis loco sacari

A Mag. Martino Akakia — viij ℓℓ
A Mag. Claudio Broyet — viij ℓℓ
A Mag. Nicolao le Vasseur — viij ℓℓ
A Mag. Dionysio Jonquet — viij ℓℓ
A Mag. Jacobo Gauois — viij ℓℓ
A Mag. Roberto du Bonnaire — viij ℓℓ
A Mag. francisco Paiot — viij ℓℓ
A Mag. francisco Poiton — viij ℓℓ
A Mag. Nicolao du Lis — viij ℓℓ
A Mag. florimondo langlois — viij ℓℓ
A Mag. misaele Marets — viij ℓℓ

Caput xiiij^um accepti a doctorandis pro vesperiis

A Mag. Claudio Guibin — iiij^xx ℓℓ
A Mag. Petro le Mercier — iiij^xx ℓℓ

Caput xv^um accepti pro doctoratibus

A Mag. Claudio guibin — lxx ℓℓ
A Mag. Petro le Mercier — lxx ℓℓ

Caput 16um accepti extraordinarii in doctoratibus

A Mag. Claudio Guibin — clxxx ℓℓ
A Mag. Petro le Mercier — clxxx ℓℓ

Caput 17 accepti in antiquod libertariis

A Mag. Petro yuelin — xxxix ℓℓ
A Mag. Petro Richer — ~~xxxix~~ ℓℓ

Summa accepti huius paginae huict Cents vingsix livres

Summa totius accepti ordinarii et extraordinarii deux Mille Cent dix livres

Ratio expensi tam ordinarij quàm Extraordinarij in secundo Decanatu Mag. Caroli Guillemeau Parisini à die 3a Nouembris anni 1635 ad diem 8am Nouembris anni 1636 reddita die duodecima Nouembris eiusdem anni 1636

Ex reliquijs rationum prioris meij Decanatus redditarum die vltima Decembris anni 1635 facultas debet mihi summam ducentarum quinquaginta et vnius libellarum sex assium cum sex denarijs — ijc lj lt vjs vjd.

Accepi pro honorario mihi à facultate concesso primo meo Decanatu centum et quinquaginta libellas ex facultatis Decreto — CL lt

Distribuij centum et quatuor ~~et~~ Doctoribus qui Interfuerunt meis rationibus ex eodem Decreto tres libellas cum quatuor assibus duobus Bidellis tantundem antiquiorj Magistro et Decano duplum vnde exurgit summa trecentarū et quadraginta duarum libellarum cum octo assibus — iijc xlij lt viijs

Jacobo Bourdillon aromatario et cerario Parisiensi pro cereis in die Purificationis B. Mariae virginis, datis Doctoribus, licentiatis, Baccalaureis, sacerdotibus, Bidellis, necnon D. Rectorj, senatus principibus, triumuiris Regijs, Propraetoribus, Aduocatis et Procuratoribus nostris, atque etiam Archiatris Regis et Reginae vt patet ex eius acceptilatione centum et viginti nouem libellas — visa quittance — Cxxix lt

Summa expensi huius paginae Huict Cent soixante douze livres quatorze sols six deniers

Visa q. Philippo Erard aromatario et aerario Parisiensi pro cereis et funalibus in festo S. lucae persolui nouem libellas cum duodecim assibus, ut patet ex eius acceptilatione ix.lt xij s.

Joachimo de Bezeville majori bidello pro impensis in rationibus meis prioris mei decanatus persolui septem libellas cum sexdecim assibus vij lt xvj s.

Eidem pro mapparum altaris et tunicarum dealbatione persolui sexdecim asses xvj s.

Distribui In festo S. lucae centum et quinque doctoribus singulis viginti asses utrique bidello tantumdem antiquiori Magistro et Decano duplum unde exurgit summa centum et octo libellarum Cviij lt

Eodem die pro fundatione bonae memoriae M. Michaelis de Colonia doctoris medici distribui centum et quinque doctoribus duobus bidellis tantumdem antiquiori Mag. et decano duplum unde exurgit summa quinque libell. cum octo assibus C lt viij s.

Visa q. Persolui M. Philippo Harduino de S. Jacques antiquiori scholarum professori ordinario pro stipendiis secundi anni suae professionis exacti die S. Remigii anni 1636 nonaginta libellas x.C lt

Visa q. Persolui M. Petro le Conte scholarum Professori ordinario pro stipendiis primi anni suae professionis exacti die S. Remigii anni 1636 90 libell. xC lt

Visa q. Persolui Mag. ~~Jacobo~~ Antonio Charpentier chirurgiae In scholis professori pro stipendiis secundi anni suae professionis exacti die S. Remigii anni 1636 nonaginta libellas xC lt

Summa expensi huius paginae quatre Cent vingt livres douze s.

Caput 2um expensi ordinarij
in missis, obitibus et refusionibus

Pro missis et obitibus mensis Nouembris anni
1685 persolui octo libellas cum 5e ass. viijtt vjß

Eodem mense pro obitu M. Guillelmi Lusson
doctoris medici distribui ex eius ~~dicarcta~~
legato viginti quinque libellas xxvtt

Pro missis et obitibus mensis decembris anni
1685 persolui decem libellas cum 17 ass. xtt xvijß

Pro missis et obitibus mensis Januarij anni
1686 persolui septem libellas cum 14 ass. vijtt 14ß

Pro missis et obitibus mensis februarij anni
1686 persolui quinque libellas cum 5e ass. vtt vß

Pro missis et obitibus mensis Martij anni 1686
persolui nouem libellas cum 7em assibus ixtt vijß

Pro missis et obitibus mensium Aprilis Maij
et Junij anni 1686. persolui sexdecim libellas
cum nouem assibus xvjtt ixß

In obitu Mag. Michaelis de Colonia doctoris
medici distribui doctoribus praesentibus octo
libellas viijtt

Pro missis et obitibus mensium July Augusti
septembris et octobris persolui ~~decem~~ duodecim libellas
cum 12 ass. xijtt xijß

msd Pro missis et obitibus mensis Nouembris anni
1686 persolui vndecim libellas cum 5e ass. xjtt vß

Mag. Petro sequin antiquiori Magistro pro
refusionibus dedi quatuor libellas iiijtt

M. Carolo guillemeau decano pro refusionibus
quatuor libellas iiijtt

M. Philippo Harduino de St Jacques antiquiori
scholarum professori ~~quatuor lib~~ quadraginta
asses ijtt

Summa ~~huius~~ expensi huius paginae Cent [illegible]

M. Petro le Conte altteri scholarum professori
dedi duas libellas ij lt
Mag. Jacobo charpentier chirurgiæ in scholis
professori dedi duas libellas ij lt
Mag. claudio lienard Pharmaciæ professori
dedi duas libellas ij lt
Mag. Carolo le Clerc altteri Pharmaciæ Profess.
dedi duas libellas ij lt
Mag. Jacobo Perreau censori dedi quadraginta
asses ij lt

Caput 3um expensi In suppli=
cationibus Dom. Rectoris

Die Mercurij 12 Decemb. 1635 In supplicatione
Dom. Loysel Rectoris qua itum est ad ædem
Divi stephani, distribui tredecim Doctoribus
præsentibus duobus bidellis antiquiori Mag.
et Decano duplum et pro muneribus erogatione
Inter sacrum ~~unde exurgit~~ unicuique decem
asses cum octo den. unde exurgit summa decem
libellarum cum 16 ass. xlt 16s.
Die Jouis 13 Martij ann. 1636 In supplicatione
Dom. Rectoris ad ædem Carmelitarum distribui
~~septem~~ duodecim Doctoribus præsentibus antiquiori Magist.
et Decano duplum unicuique decem asses ~~ass.~~ cum
8o den: unde exurgit summa decem libellarum
cum octo assibus 10lt viijs.
Die lunæ 23 Junij 1636 In supplicatione D. Rectoris
ad ædem S. Victoris distribui septem Doctoribus
præsentibus duobus bidellis, antiquiori Magist.
et decano duplum et pro muneribus erogatione
Inter sacrum unicuique viginti asses unde
exurgit summa tredecim libellarum cum
septem assibus xiijlt vijs.
Summa expensi huius paginæ quarante ~~l...~~ quatre livres viijs


Die Mercurii 8a Octobris 1636 in supplicatione Dom. Marschaux Rectoris ad aedem Divae Magdalenae distribui tredecim Doctoribus praesentibus antiquiori Mag. et Decano duplum, duobus bidellis et pro munerum erogatione intra sacrum unicuique viginti asses unde exurgit summa novemdecim libellarum cum 13 ass. xix lt xiij s.

Dedi Mag. Guidoni Patin Doctori medico qui cum Decano et aliis Academiae proceribus comitatus est Dom. Rectorem apud Dom. Gall. Cancellarium et Gazophylacem, pro negotio magni momenti dedi tres libellas cum .iiij. assibus decano duplum, unde exurgit summa novem libellarum cum 12 ass. ix lt xij s.

Die Veneris 1a februarii ann. 1636. Magistris Guidoni Patin et Jacobo Mantel Doctoribus medicis qui cum Decano et proceribus Acad. comitati sunt Dom. Rectorem defibentem ab eos Illustribus viris DD. Galliae Cancellario, Senatus Principi et aliis ut moris est, distribui sex libellas cum octo assibus, Decano tantumdem, unde exurgit summa duodecim libellarum cum sexdecim assibus xij lt xvj s.

Die Sabbathi 2a februarii iisdem Doctoribus qui cum Decano et proceribus Academiae comitati sunt Dom. Rectorem defibentem ab eos Reginae, Regis fratri unico dedi ~~s~~ sex libellas cum octo assibus Decano tantumdem, unde exurgit summa duodecim libellarum cum sexdecim assibus xij lt xvj s.

Summa expensi huius paginae Cinquante quatre livres dix sept s.



Caput quintum. Expensi In doctoratibus 5

Die Martis 19 Julij 1636 In Doctoratu Mag. Claudij Guibin distribui ~~octog~~ nonaginta septem Doctoribus majorum emolumentorum capacibus singulis sexdecim asses antiquiori Magistro et Decano duplum unde exurgit summa septuaginta novem libellarum cum 4or assibus Lxxix lt iiij s.

Die Jovis 6a Novembris 1636 In doctoratu M. Petri le Moine distribui nonaginta octo Doctoribus majorum emolumentorum capacibus singulis sexdecim asses antiquiori Magistro et Decano duplum unde exurgit summa octoginta libellarum Lxxx lt

Caput quartum expensi In actibus Vesperiarum

In Vesperijs Mag. Claudij Guibin licentiati 26a Julij 1636 distribui centum et quatuor Doctoribus duobus Bidellis singulis sexdecim asses antiquiori Magistro et Decano duplum unde exurgit summa octoginta quinque libellarum cum 12 assibus lxxv lt 12 s.

In Vesperijs Magistri Petri le Moine licentiati die Jovis decima sexta octobris anni 1636 distribui centum et quinque Doctoribus duobus Bidellis singulis sexdecim asses antiq. Magistro et Decano duplum unde exurgit summa octoginta sex libellarum cum octo assibus Lxxxvj lt viij s.

Summa expensi hujus ~~exp~~ paginae trois cents trente une livres quatre s.

Caput 6um expensi ordinarij in actu Licentiarum.

Die Lunae 16 Junij ann. 1636 distribuj in actu Licentiarum nonaginta sex Doctoribus majorum emolumentorum capacibus pro Jure bursarum singulis, quadraginta quinque asses, antiquiori magistro et Decano duplum unde exsurgit summa ducentarum quadraginta quinque libellarum cum quinque assibus ijcxlvtt vß.

Eodem die distribuj centum et quatuor Doctoribus pro Jure rotuli singulis duas libellas antiqri magistro et Decano duplum unde exsurgit summa ducentarum duodecim libell. ijcxijtt

Caput 7um Expensi in antiquorum libetarijs quae vulgo pastillaria dicuntur

Die Mercurij 27 Novembris ann. 1636 In pastillaria M. Petri Yvelini Doctoris medici distribuj centum et quatuor Doctoribus, duobus bidellis singulis octo asses antiquiori Magistro et Decano duplum unde exsurgit summa quadraginta trium libellarum cum duodecim assibus xliijtt xijß.

Die Mercurij 30 Januarij 1636 In pastillaria Magistri Petri Richer Doctoris medici — distribuj centum et quinque Doctoribus duobus bidellis singulis octo asses antiquiori Magistro et Decano duplum unde exsurgit summa quadraginta quatuor libellarum xliiijtt

Summa despense huius pagine Cinq Cent quarante quatre livres dix s[...]

Caput octauum et vltimum expensi extraordinarij in quibusdam negotijs facultatis

visa · q · Magistro gabrieli Biard ad eius inopiam subleuandam ex decreto facultatis singulis mensibus dedi decem libellas vt patet ex eius acceptilatione, vnde fit summa centum et viginti libellarum — cxx^lt^

visa · q^ta^ Michaeli Piettre tectori pro tectura tegulis et ferruminatione persolui octoginta libellas vt patet ex eius acceptilatione — lxxx^lt^

visa · q · Ludouico Thieri fabro lignario v° Januarij 1626 pro reparatione majorum sedilium scholae Inferioris persolui sexdecim libellas vt patet ex eius acceptilatione — xbj^lt^

visa · q · francisco Barbe latomo pro reparatione majoris murj et sedilium Inferiorum scholae persolui triginta duas libellas vt patet ex eius acceptilatione — xxxij^lt^

visa · q · simoni du Breuille fabro ferrario pro vncalis ferreis quibus sedilia sibi inuicem connectuntur persolui octo libellas vt patet ex eius acceptilatione — viij^lt^

visa · q · Ludouico Thieri fabro lignario pro reparatione sedilium scholae superioris et graduum, persolui quindecim libellas, vt patet ex eius acceptilatione — xb^lt^

Summa expensi huius paginae deux centz septante ung livre

Ilsa. q. Francisco Barbo latomo pro reparatione faci
pro gypso pauimento et alijs dedi septem libellas
ut patet ex eius acceptilatione — vij lt
Ilsa. q. Jacobo Rebuffi Typographo pro impressione
Senatusconsulto de immunitate Doct. medicorum
ab urbis custodia dedi quinque libellas et sexdecim
asses ut patet ex eius acceptilatione — v lt xvj s.
Bajulo qui detulit libros in scholas divi Yvonis
B. Mariae persolui sexdecim asses — xvj s.
Notarijs qui quitancias descripserunt ad recipiendos
annuos reddditus facultatis dedi 32 asses — xxxij s.
M. Philippo Pietre patrono facultatis
pro varijs laboribus toto biennio susceptis
pro honorario persolui sexaginta libellas — Lx lt
Decano pro laboribus immensis in negotijs
facultatis et frequentissimis Academiae comitijs
et pene assiduis Barbitonsorum chirurgorum
conventibus, sexaginta libellas — Lx lt
Majori apparitori Joachimo de Bezault
pro vino missarum totius biennij quadraginta
et octo asses — ij lt viij s.

Summa expensi huius paginae Cent trente sept livres douze s.

Summa totius expensi ordinarij et extraordinarij deux Mille sept Cens
soixante et vingt livres douze s. six deniers

Itaque summa expensi superat summam accepti sus dicte six Cent soixante et
dix huit livres douze s. six deniers

Hae rationes examinatae et probatae ab omnibus doctoribus tam
in accepto quam in expenso duodecima Mensis Novembris M. D
six Cens trente six.

Le Vignon
Guillemeau
Perreau
Patin
Cousin
Guerin
Merlet
Guillemeau
Charpentier
Rene Guerin
Guyl. Bazin
Le Gouvis
Legier
Barralis

Boutet
Marle
Cornuty
C. Le Clerc
Chrestien
Charles
le Begrron
Langloys
Charpentier
N. Gobelin
Bonnet
Rubillart
Prevost
propositre accepto
Guerin
Rollin
Charles Daunay
Guerin
Renault
Melon
C. Guerin
L. Le Mercier
L. Richer
Le Beauraing
Boinart
Mandat
Perry prodomme Consuler
patu mei & domino Bouvard Consuler
Le Coq
Lespicier
et prodom. di ...
G. le Vaillant

Catalogus studiosorum medicinæ
qui Decano facultatis nomen
suum dedere anno 1635
et 1636

Magister franciscus Bendet Parisinus litras
gradus magisterij obtinuit In Academia
Parisiensi 17 July anno 1634 hic a
Decano Inscriptus est 10 mensis februarij
ann. 1635

Nicolaus Crespon diocesis Parisiensis
litras gradus Magisterij obtinuit In
Academia Parisiensi 15 July ann. 1634
hic Inscriptus est 20 februarij ann. 1636

Gabriel de Brion de Ambianus litras
gradus Magisterij obtinuit 1a februarij
ann. 1636 hic Inscriptus est 5o febr.
eiusdem mensis et anni.

Magister Robertus Nouvel litras magist.
obtinuit die 21 mensis July ann. 1634
hic Inscriptus est die 4a Martij ann. 1636

Magister Joannes Fraquier Parisinus
litras magisterij obtinuit die 18 mens.
Martij anno 1636 hic Inscriptus est
die 22a Mart. anno 1636

Magister Honorius Jaquant diocesis
Senonensis litras magisterij obtinuit
die 29 mensis Martij ann. 1636 hic
Inscriptus est 20 Aprilis 1636.

Magister Nicolaus Chesneau Parisinus literas Magisterij adeptus est in Academia Parisiensi 14 mensis Junij ann. 1636 hic inscriptus est die quinta mensis July ann. 1636

Magister Ludovicus Tuffier Parisinus literas Magisterij obtinuit die 23 Januarij anno 1636 hic inscriptus est die 18 Augusti anno 1636

Julliemeau

Decanus

Laus Deo

458 c. Scritte | ~~578~~ c. 456 Bianche

